

Band III., Nr. 797, Seite 293

Graf Egeno von Freiburg und Urach schenkt dem Kloster St. Georgen das Gut seines Lehenmannes H. zu Leidringen, auf dessen Bitten, unter Vorbehalt des Vogtrechts, dessen jährlichen Ertrag mit einem Malter Weizen er dem Kloster zu Oblaten überlässt.

Zindelstein, 1231. September 21.

E. dei gratia comes in Friburg et Urach, omnibus presentem^a paginam intuentibus in domino salutem. Vestra sciat universitas, quod nos ad petitionem dilecti fidelis nostri, Berchtoldi de Lydringen, et D. uxoris sue predium, quod pie memorie H., P. eiusdem^b B., olim possederat, ad ipsum hereditario iure devolutum, situm in Lydringen, datis eidem Berchtoldo viginti marchis argenti, et nobis ab eo prius collatum, solemniter et legitime pro salute anime nostre, nec non coniugis et prolis nostre, monasterio beati Georgii martyris cunctisque ibi domino famulantibus dedimus, nobisque et successoribus nostris ius advocatie sub tali forma petivimus, ut eiusdem advocatie nomine nullum servitium vel pensio aliquatenus futuro unquam tempore ibidem exigatur, atque malterum bene purgati tritici, quod singulis annis in festo beati Michaelis debet persolvi, predicto monasterio assignavimus, ut inde fiant oblate ad salutare hostias corporis domini consecrandas.

Acta sunt hec in castro nostro Sindelstein, in presentia multorum, per manum venerabilis viri B. prepositi monasterii predicti, anno domini millesimo CC^o. XXXI^o, XI. kalendas Octobris. Ad maiorem ergo premissorum certitudinem has litteras conscribi fecimus, nostri sigilli munimine roboratas.

—

Nach TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 2, S. 163, Nr. DCCCCXX, der die nicht mehr im Original vorhandene Urkunde „*ex scriniis huius abbatiae (S. Georgii)*“ mitteilt.

^aDie *e* statt der *ae* im Abdrucke bei *Neugart* sind wiederhergestellt.

^bSteht nach der *Historia foundationis* des Klosters St. Georgen aus dem 17. Jahrhundert, einer in Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 9, S. 193, beschriebenen Handschrift des GLA Karlsruhe, für *H. pater eiusdem*.

Überlieferung und Publikationen

Editionen:

Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 2, S. 163, Nr. 920

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Zindelstein

Aussteller:

Egeno; Graf von Freiburg und Urach

Ortsindex:

Altstadt Wohnplatz (7705)

Altstadt, Freiburg im Breisgau, FR

Bad Urach Wohnplatz (15999)

Bad Urach, RT

Leidringen Wohnplatz (16507)

Leidringen, Rosenfeld, BL

St. Georgen im Schwarzwald Wohnplatz (13402)

St. Georgen im Schwarzwald, VS

Zindelstein Wohnplatz (12949)

Zindelstein, Donaueschingen, VS